Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ris recipies sin au male statim in foris; pecca
tum tuum aderit. sed sub te erit appetitus eius
et tu dominaberis illius. Dixitque cain ad abel
fratrem suum. Egrediamur foras. Cumque essent in agro
consurrexit cain aduersus abel fratrem suum et interfecit
eum. Et ait dns ad cain. Vbi est abel frater tuus. Qui
respondit. Nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego. Dixitque
ad eum. Quid fecisti. Ecce vox sanguinis fratris tui cla
mat ad me de terra. Nunc igitur maledictus es
super terram quae aperuit os suum et suscepit sangui
nem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris
eam non dabit fructus suos. Vagus et profugus eris super
terram. Dixitque cain ad dnm. Maior est iniquitas
mea quam ut veniam mereatur. ecce eicis me hodie
a facie tua et a facie tua abscondar et ero
vagus et profugus in terra. Omis igitur qui inuenerit
me occidet me. Dixitque ei dns. Nequaquam fiet ita
si omis qui occiderit cain septuplum punietur.
Posuitque dns in cain signum ut non eum interficeret omis
qui inuenisset eum. Egressusque cain a facie dni
habitauit profugus in terra. ad orientalem plagam
eden. Cognouit autem cain uxorem suam quae con
cepit et peperit enoch. Et edificauit ciuitatem